

& firmus est. Si tibi uir grauis & laudabi-
lis aliquid pollicetur: haberes pollicen-
ti fidem: nec te falli aut decipi ab eo crede-
res: quem stare in sermonibus atq. in actibus
suis scires. **D**ñ tecum loquitur: & tu men-
te incredula per fidus fluctuas. **D**ñ de
hoc mundo recedenti. immortalitatem atq.
aeternitatem pollicetur: & dubitas.

Hoc est omnino dñm non nosse: hoc est xpm
credendi magistrum: peccato increduli-
tatis offendere: hoc est in ecclia constitu-
tum. fidem in domo fidei non habere.

Quam proficit exire de seculo: xps ipse
salutis atq. utilitatis nr̄ae magister os-
tendit. **Q**ui cum discipuli eius contris-
tarentur. quod se iam diceret recessurum
ab eis: locutus est ad eos dicens. **S**i me di-
ligeretis. gauderetis. quō uado ad patrē.